

condere. Vinū id astringit, & stomacho utile est: itēmque prodest dysentericis, hepaticis, nephriticis & ægrè meientibus.

De Melomelite. CAP. XXX.

Melomeli, quod & Cydonomeli nominant, fit in hunc modum: Cotonea mala semiibus exemplis in tantam mellis copiam coniiciuntur, ut eo submersa contagantur obruanturve. Id post annum iucundum ac suave redditur, mulso non dissimile. Præstat autem eadem qua superior confectio.

De Hydromelo. CAP. XXX.

Fit Hydromelon, mensura una melomelitis è cotoneis facti ad duas aquæ coctæ & per Caniculæ æstum insolatæ addita: ac vis huius eadem quoque est.

De Omphacomelite.

CAP. XXXI.

Omphacomelitis faciendi ratio hæc est: Vuas acerbas nonduin variantes tribus diebus insolato, deindeque exprimoto: & ad ternas succi partes, mellis optimi despumati singulas partes adjicito: mox cōfectione in fistilia diffusā insolato. Vim reprimendi ac refrigerandi habet: proindéq; stomachicis & cœliacis cōuenit. Usus autē post annum est.

De vino Apite. CAP. XXXII.

Fit & è pyris, periade atque è cotoneis, vinum Apites nomine, ita tamen ut pyra non

magnoperē matura fint. Quin & è siliquis etiam, melpilis & sorbis simili modo vina temperantur. Omnia porrò hæc genera astringunt, & acerba stomachóq; vtilia sunt, atque internas fluxiones cohibent.

De Oenanthono. CAP. XXXIII.

OEnanthinum vinum hoc modo concipiatur: Sumito florum siccorum è vite sylvestri pubescente minas duas, & in musti metretam mittito, inibique dies triginta macerari finito; mox vinum excolatum recondito. Facit ad stomachum imbecillum eiusdemque fastidium, cœliacos atque dysentericos.

De vino Rhoite. CAP. XXXIV.

Vinum è Punicis, quod rhoite vocant, fit in hunc modum: Punica matura lignosique nuclei expertia sumito, aciniisque expressum succum, aut ita ut est, aut ad tertias decoctum reponito. Efficax est contra fluxiones internas & febres alui profluvio comitatas. Est & stomacho vtile, aluimque astringit & vrinam mouet.

De vino Rhodite. CAP. XXXV.

Rhodites sen rosaceum sic fit: Rosarum siccaram tulsiāmque minam illigatam linteolo in musti sextarios octo conicito: & post tres menses colo traiectum transfundito atque reponito. Vtile est ijs qui febri carent ad

rent ad stomachi coctiones iuuandas , eiusdemque dolores leniendos , à cibo potum: nec non & contra humidas aluos ac dysenterias. Fit quoque è succo rosarum ammixto melle quod Rhodomeli vocant, arteriæ scabritijs vtile.

De vino Myrtite.

C A P. XXXVI.

Myrtleum conficitur ad hunc modū: Myrti baccas nigras præ maturitate iam flaccescentes tundito, torculoque expressum succū diffundito. Aliqui etiam ad tertias decoquunt. Alij baccas prius in cratibus ad sole siccant, & earum contusarum singulis chōnicibus ternas aquæ heminas & vini veteris parem modum adiiciunt: postea exprimunt atque recondunt. Potenter astringit, stomacho vrile: alii stomachique rheumatismis prodest, itēmque contra intestinas ulcerationes, fluorēmque muliebrem: denique capitis etiam denigrat capillos.

De vino Myrsinite. C A P. XXXVII.

Myrsinites ita temperatur: Nigre myrti teneri ramuli cum suis baccis ac folijs tusi decem minarum pondo in tres musti congiros merguntur, coquunturque donec duo supersint, aut certè dimidium: tandemque colatum id vinum ad yslis reconditur. Contra manantia capitis ylcerā, furfures, papula-

rum eruptiones, gingiuarum ac tonfillarum
inflammationes & aures purulentas efficax
est, ac sudores quoque cohibet.

De Lentiscino vino. CAP. XXXVIII.

Lentiscinum similiter atque myrsinites
temperatur.

De vino Terebinthino. CAP. XXXIX.

Nec secus Terebinthinum. Nam & harum
arborum ramuli sumi debet, in quibus fructus
insit. Sed & assimilis sunt ista vina facultatis:
siquidem astringunt, stomacho vtilia sunt,
& fluxionibus stomachi, intestinorum ac ve-
ficæ, itemque sanguinis profluvio accōmo-
dantur: vlcera omnia fluxioni obnoxia fotu-
ad cicatricem perducunt: vluvæ denique ac
sedis rheumatismos in se fissione cohibent.

De vino Palmeo. CAP. XL.

Palmeum vinum ut conficias, palmulas,
quas chydæas (quasi vulgares) vocant, easque
maturas in dolio lumen imo pertulsum & arun-
dine picata obstructum demittito, ita ut fora-
men lino obturat sit. Tum denis chœnici-
bus ternos aquæ congiros affundito: quod si
non admodum dulce id esse libeat, quinos cō-
giros infundito, & ad dies decē macerari illas
finito. Exacto eo spatio, hoc est, die undeci-
ma detraecto ab arundine linteo, vinū cra-
sum ac dulce excipito, atque reponito. Suave
illud quidē, sed capiti noxiū: contra fluxio-
nes,

nes, propter astrictionem vim, efficax: eandem ob causam stomachicis, cœliacis & sanguinē excreantibus conuenit. Sunt qui, addita rursum pari aquæ mensura, manantē deinde liquorem excipiunt: id quod tertio, quartō & quintō faciant, non item amplius: quando quod reliquum ab his est, aceſcit.

De vino Catorchite. CAP. XLI.

Catorchites, quod aliquibus sycites quasi ſicatū appellatur, in Cypro ſimiliter palmeo concinatur: ſed hoc intereft, quod in hoc præparando nonnulli pœ aqua recens preſorū vinaceorum diluti tantundem adiiciuntur. Sumuntur in hunc vſum cariæ nigræ, quæ chelidoniæ puniceæ ſeu purpureæ appellantur: atque macefantur, vti anteā dictū eft. Post dies decē liquor excipitur, atq; iterum ac tertio diluti vinaceorum par modus affunditur. Simili modo ſpatijs intercedentibus excipitur & quarta & quinta infuſio: qua ſimiliter aceſcēte, vice aceti vtūtur. Porro vinū eiusmodi tenuiū eft partiū: fatus gignit, ſtomacho adnervatur, & fastidiū creat: bona tamen facit aliū, & vrinā ciet: menses quoque trahit, & lactijs vberitatem præstat: at vicio ſum ſanguinem creat, & elephantiaſin infert, vti & zythū. Aliqui ſenis amphoris denos ſalis ſextarios adiiciunt: alij muriæ amphoram. Sic n. ægrius vitiari, & aluo ido-